



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

17. Simeon de Christo vaticinatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ratus, exspectans consolationem Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. *Luc. 2. Vers. 25. & 26.*

II. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum IESVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum. *Luc. 2. Vers. 27 & 28.*

III. Et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. *Luc. 2. Vers. 29. 30. 31. 32.*

MEDITATIO XVII.

Simeon de Christo vaticinatur.

I. **E**T erat pater eius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. *Luc. 2. Vers. 33.*

II. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic
in

in ruinam, & in resurrectionem multorum
in Israël; & in signum, cui contradicetur.
Luc. 2. v. 34.

III. Et tuam ipsius animam pertransibit
gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. *Luc. 2. v. 35.*

MEDITATIO XVIII.

*Anna prophetissa Christum in
templo predicat.*

I. ERat Anna prophetissa, filia Phanuelis,
de tribu Aser: hæc processerat in die-
bus multis, & vixerat cum viro suo annis
septem à virginitate sua. *Luc. 2. v. 36.*

II. Et hæc vidua usque ad annos octo-
ginta quatuor: quæ non discedebat de tem-
plo, jejunijs & obsecrationibus serviens no-
cte ac die. *Luc. 2. v. 37.*

III. Et hæc, ipsâ horâ superveniens,
confitebatur Domino: & loquebatur de illo
omnibus, qui expectabant redemptionem
Israël, *Luc. 2. v. 38.*

IV. Et ut perfecerunt omnia secundum
legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in
civitatem suam Nazareth. *Luc. 2. v. 39.*